Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



22

Generaliter omnis sermo qui non prof[illegible] ad aliquam
gratiam fidei xpi ociosus est. et tantum est periculum hui
cemodi. ut etiam si bonum esse videatur quod dicitur. ad edifi
cationem tamen fidei non pertineat non in sermonis bonitate
ille qui est periculum effugiat. sed in eo quod non profecto ad e
dificationem sermo platus contristet spm scm dei. Hoc enim
manifeste demonstrat apostolus dicens. Omnis sermo ma
lus de ore uro non procedat. sed si bonus ad edificationem fidei.
ut det gratiam audientib. Et sup hec adicit. Nolite con
tristare spm scm dei. in quo signati estis in die redemp
tionis. quo utique gravius malum nullum esse potest.

Quis est male dicus.

Malis sermo qui ob hoc profertur ut infamet ali
quem. uel deroget. ut male commendet ma
ledicus est. etiam si videatur non esse injuriosus. De
hoc manifestum est ex sententia euangelii que
dicit de iudeis quia maledixerunt eum dicentes tu
es discipulus eius.

Que est detractio ut derogatio.

Dyas opinor esse causas. in quib; licet aliquem
dicere. detractare aliena mala. si quando
consilium habere necesse est cum ceteris. qui hoc ipsum
videntur assumere quomodo corrigatur is. qui pec
cauit. ut male aliquid egit. Et rursum si quando ne
cesse est puenire aliquem. et commonere. ne forte in
currat inconsortium alicui malu dum eum putat esse bonum.
quia apostolus dicit. Nolite commisceri cum huimodi.
Et salomon ait. Non manere cum homine iracundo